QVARTVS TOMVS.

MVSICI OPERIS, HARMONIARVM QVATVOR, QVINQVE, SEX, OCTO ET PLVRIVM VOCVM, QVAE EX SANCTO CATHOLICAE ECCLESIAE VSV ITA SVNT DISPOSITAE, VT

omni tempore inſeruire queant.

Ad Dei Opt: Max: laudem, & Eccleſiæ ſanctæ decus.

Incipit pars de Sanctis.

AVTHORE

Iacobo Handl.

TENOR.

PRAGAE, TYPIS GEORGII NIGRINI. Anno M. D. XC.

Cum Gratia & Priuilegio Sac: Cæſ: Mai: vt verſa pagina declarat.

SVMMA PRIVILEGII CAESAREI.

R*VDOLPHI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti &c. diplomate cautum eſt Jacobo Handl, ne quis vſpiam in omnibus ſuæ Cæſ: Maieſtatis Regnis, hereditarijs prouincijs, atq; adeo vniuerſo Romano Imperio decem annorum ſpatio Lucubrationes Muſicas, quas idem Jacobus Handl, in Eccleſiæ vſum, ſub titulo operis Muſici & nonnullarum hactenus editarum Sacrarum Cantionum, ſine ipſius permiſſu in toto vel in parte, ſimili aut alio quopiam charactere vel forma imitari, recudere, aliòue recudendos dare, vel etiam alibi recuſos adducere, vendere, diſtrahere, præter dicti Jacobi Handl aut hæredum ipſius conſenſum, quouis modo auſit. Sub pœna confiſcationis & amiſsionis omnium eiuſmodi librorum, ac mulcta ſuper hac re in Priuilegio expreſſa. Datum in Arce Regia Praga die xix. Menſis Martij, Anno Domini M. D. Lxxxviij.*

Rudolphus.

Iacobus Curtius à Senfftenau.

Ad mandatum, &c.

L. Haberſtock.

© 2024 Znanstvenoraziskovalni center SAZU, Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija

CC BY-NC-ND 4.0

https://doi.org/10.3986/9790709004515_04

ADMODVM REVEREN-DO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. AMBROSIO, DEI PROVIDENTIA ABBATI ZABRDOVI-CENSI VIGILANTISSIMO &C. PATRONO SVO OBSERVANDISSIMO, &C.

S. P.

QVem præſens verbis aliquando tibi, eundem abſens nunc literis gratulor & virtutis gradum & honoris locum, Admodum Reuerende Pater. Neq; minus ipſe mihi congratulor, quod qui Muſicæ fons eſt idem mihi ac meis conatibus tam ſit propitius atq; beneuolus DEVS Opt: Max: Nam, quod ſummi beneficij loco habere me debere intelligo, CASPARO illo meo mihi erepto AMBROSIVM ille vitæ autor fautorq; meæ ſubſtituit, fluctuum in quos Muſices amore & publici commodi me cauſa commiſi, aſylum & portum Audi ergo conſilium meum, quamuis id non omnino te fugit, conſcium pene meorum omnium. Hactenus quæ DEI ſunt DEO dedi quarum dedére atq; tulére vires meæ; Tribus partibus com-

plexus quæ primis illis ſumisq, ac DEO ſacris diebus palam decantari ſolent; jam expetitum diu opus de Sanctis (in quibus DEVS ipſe vel honoratur vel ſpernitur) apporto, eodem penitus quem Eccleſia ſancta ſanctorum Mater ſeruat, ordine digeſtum. Nempe vt Beatiſs: DEI Matrem Apoſtoli & Euangeliſtæ, tum Martyres, dein Confeſsores, demum Virgines Viduæq; velut inuicta quadã atq; terribili caſtrorum acie ſequantur. Ac ne quis locus ulli deſit Diuo quem quidem Eccleſia Columna & firmamentum veritatis, honorandum decreuit, quædam in poſtremum locum conjeci, Diuis omnibus promptum atq; communem. Voces autem hoc modo diſpoſui, ut VIII. vocum primo, VI. vocum ſecundo, V. voc: tertio, IIII. vocum ultimo loco occurrant. Vniuerſum Opus pſalmis aliquot triumphalibus diuino cum Pſalte concluſi. Iam verò hoc tempore vel aptiorem conſilio meo vel propiorem argumento vel chariorem mihi habeo neminem cui lucubratiunculam iſtam debere me putem quam R. D. T. in quam multæ cauſæ nuncupationis huius confluunt & penè conſpirant. Tu mihi hortator fuiſti laboris huius, quemadmodum qui te anteceſsit CASPARVS ſummus & certus Mecœnas meus ſuperiorum Tomorum

© 2024 Znanstvenoraziskovalni center SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004515_04

ſuaſor fuit. Tu Muſicam Muſicosq; ſic colis & foues ut tibi planè propoſuiſse videaris huius Artis dignitatem non modo ſartam tectam verumetiam omni genere auctam tueri. AMBROSII tibi nomen neſcio quod mihi omen obijcit, fore ut ſancti illius viri merita in Muſicam maxima, imitere. Sic ergo apud te ſtatue AMBROSI Pater, & hoc, quantulumcunq; eſt, & mea, & meipſum tibi prorſus conſecrata eſſe. Raucos meos Zoilos nihil moror, nam MORALIBVS meis eorum dentes iam ſtupere ac pene hebeſcere animaduerto. Prag: Cal: Ianuarijs quo die ante biennium CASPARVS ille meus obdormiuit in CHRISTO, cuius memoriam æternam eſſe percupio. Anno: M. D. XCI.

A. R. T. D.

obſeruantiſs:

Iacobus Handl
Gallus dictus C.

Index Harmoniarum quarti Tomi.

[illegible]E GLORIOSISSIMA VIR-[illegible]INE DEI GENITRICE MARIA.

OCTO VOCVM, Duobus Choris.

[illegible]ge propera amica mea.
II. Adiuro vos filiæ Ieruſalem.
III. Salue nobilis virga Ieſſe.
IIII. Quam pulchra es amica mea: Adæquales.
V. Ego flos campi & lilium conuallium.
VI. Natiuitas glorioſæ virginis Mariæ.

VII. Adiuro vos filiæ Ieruſalem: XII. voc: 2. choris.
VIII. Exultet Maria & Matrem ſe læta: XII. voc: 3. choris.

De Apoſtolis & Euangeliſtis.

IX. Eſtote fortes in bello: XII. voc: 3. choris.

OCTO VOCVM.

X. Conſtitues eos principes.
XI. Iſti ſunt triumphatores.
XII. Ibant Apoſtoli gaudentes: Adæquales.
XIII. Hoc eſt præceptum meum.

© 2024 Znanstvenoraziskovalni center SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004515_04

XIIII. De S. Ioanne Apoſtolo: Vox tonitrui.
XV. De S. Iacobo & Chriſtophoro: In hac die;

In communi de Martyribus.

OCTO VOCVM.

XVI. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum.
XVII. Gloria & honore coronaſti eum domine.
XVIII. Hæc eſt vera fraternitas: Adæquales.
XIX. De S. Stephano: Cum eſset Stephanus.
XX. De S. Iohanne Baptiſta: Elizabethæ.
XXI. Echo: Dum vagus huc illuc.
XXII. Echo: Nimpha refer quæ ſit vox.
XXIII. Filiæ Ieruſalē venite: XII. voc: 3. choris.

In communi de Confeſsoribus.

XXIIII. Sapientiam omnium antiquorum: XII. voc. 3. choris.

OCTO VOCVM.

XXV. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit Deo.
XXVI. Collaudabunt multi ſapientiam ſancti huius.
XXVII. Domini eſt terra & plenitudo eius.
XXVIII. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi: Adæquales.
XXIX. De S. Martino: Dixerunt diſcipuli.

De Virginibus ſanctisq; Matronis.

OCTO VOCVM.

XXX. Virgines prudentes aptate lampades veſtras Adæquales.
XXXI. Ecce prudens virgo migrauit ad Chriſtum,

In feſtis beatiſsimæ virginis Mariæ.

Octo Vocum — I. — Primi Chori Cantus



A ij

© 2024 Znanstvenoraziskovalni center SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004515_04



In communi de Confeſſoribus.



© 2024 Znanstvenoraziskovalni center SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004515_04